comparemuſ. binariuſ qui eorum ÷ differentia neutrum metitur. Nam ſemel ternario com
paratuſ minor ÷; duplicatuſ excedit. Item biſ quinario comparatuſ minor ÷; Tertio uero ſup
greditur. atq; idcirco hoc primum inaequalitatiſ genuſ a conſonantiae natura diſiungitur.
Ampliuſ; quod in hiſ quae conſonantiaſ formant multa ſimilia ſunt. in illiſ uero minime. ſic probatur
hoc modo. Nam quae duplum nihil ÷ aliud niſi biſ ſimplum. triplum nihil aliud niſi tertio ſimplum;
Quadruplum uero idem ÷ quod quarto ſimplum. Seſqualterum biſ medietaſ. Seſquitertium ter
parſ tertia. quod haut facile in ceteriſ inaequalitatum generib; inuenitur.

QUEADMODUM PLATO DICAT FIERI CONSONANTIAS

xxx Plato autem hoc modo fieri in aure conſonantiam dicit. Neceſſe ÷ inquit uelociorem quidem eſſe
et acutiorem ſonum. hic igitur cum grauem praeceſſerit in aure celer ingreditur offenſaque extrema eiuſdem
corporiſ parte quaſi pulſuſ iterato motu reuertitur. Sed iam ſegnior nec ita celeri ut primo impetu
emiſſuſ cucurrit quocirca grauior quoq; Cum igitur iam grauior rediens nunc primum uenienti graui
ſono ſimiliſ occurrit miſcetur ei unamq; ut a conſonantia miſcet. | QUID CONTRA PLATONEM NICHO
xxxi Sed id nichomachuſ non arbitratur ueraciter dictum. neque enim MACHUS SENTIAT
ſimilium eſſe conſonantiam ſed diſſimilium potiuſ in unam eandemq; concordiam uenientium;
Graue uero grauiſ miſceatur nullam facere conſonantiam, quoniam hanc canendi concordiam ſimi
litudo non efficit: ſed diſſimilitudo, quae cum diſtet in ſinguliſ uocib; copulatur in mixtiſ. Sed hinc
potiuſ nichomachuſ fieri conſonantiam putat. Non in quid unuſ tantum pulſuſ ÷ qui ſimplicem
modum uociſ emittat. Sed ſemel percurſuſ neruuſ ſepiuſ aerem pellenſ multaſ efficit uoceſ.
Sed quia ea uelocitaſ ÷ percuſſioniſ ut ſonuſ ſonum quodam modo conpraehendat diſtantia
non ſentitur & quaſi una uox aurib; uenit, Si igitur percuſſioneſ grauium ſonorum commenſura
bileſ ſint percuſſionib; acutorum ſonorum ut in hiſ proportionib; quaſ ſupra retulimuſ non ÷ dubium
quin ipſa commenſuratio ſibimet miſceatur unamq; uocem efficiat conſonantiam.

QUAE CONSONANTIA QUAM MERITO PRAECEDAT.

xxxii Sed inter omneſ quaſ retulimuſ conſonantiaſ habendum iudicium ÷ ut in aure ita quoq; in ratione quam
earum meliorem oporteat arbitrari; Eodem namq; modo auriſ afficitur ſoniſ uel oculuſ aſpectu quo animi
iudicium numeriſ uel continua quantitate. propoſito enim numero uel linea nihil ÷ faciliuſ quam eiuſ duplum
qd ÷ ſexqualter oculo tam in mente tueri. Item poſt dupli iudicium ſequitur dimidium. poſt dimidium tripli. poſt tripli partiſ tertiae. Ideoq; quoniam facilior ÷
dupli deſcriptio optimam nichomachuſ putat diapaſon conſonantiam; poſt hanc diapente quae medium tenet. hinc dia
pente ac diapaſon quae triplum, Ceteraq; ſecundum eundem modum formamq; diiudicat. Non uero eodem modo ptho
lomeuſ cuiuſ omnem ſententiam poſteriuſ explicabo;